



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 24. De obligatione damni allati in bonis pecuniariis, venando,  
piscando, lignando, aut pascendo animalia,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

liam aduerit; quia non est facta iactura honoris: tamē ipsam faciendam esse fatus patet ex verbis Domini Matth. c. quinto antea allatis. Quod si contumeliam intulerit publicē teneri quoque facere publicē satisfactionem per se vel per alium; intelligimus ex actis Apostolorum cap. 16. vbi D. Paulus acceptam publicē ignominiam flagitorum & carceris, voluit publicē à magistratibus reparari.

Aduerit, quod cum satisfactione possit iniuria & qualis esse: aut exacte & sine admixtione gratiae, aut cum admixtione gratiae; priorem & qualitatem constituere, committi Iudici: quia est valde difficile: posteriorum vero constituti potestatem habet laetus, ex parte iniuriam condonans. Ceterum eadem ratione quā dictum est de obligatione ad restitutionem famae, dicendum est de obligatione ad restitutionem honoris eam non transire ad heredes, nisi illi quoque fuerint contumeliam affecti, aut aliquod aliud damnum inde patiantur: quo casu certum est ei etiam faciendam esse restituionem debitam.

## CAPUT XXIV.

*De obligatione ad restitutionem damni illati in bonis pecuniaris venando, pescando, lignando, aut pascendo animalia.*

## SUMMARIUM.

- 358 Obligatio varia ad restitutionem talis canni illati.  
 359 Animalium alia esse fera, alia mansuetorum, alia mansuetissima, & quod venatio iure naturali, & gentium licita, aliquot modis licite probatur.  
 360 Venatio qua capiuntur animalia, qua nullius dominii sunt, non inducit obligationem ad restitutionem.  
 361 Inducit aurem illa, qua capiuntur animalia habentia dominum: & quando fera sensetur habere dominum.  
 362 Quando sint restituenda, quando non restituenda animalia fera, capta in locis prohibitis.  
 363 Cum excusatione à restitutione accepti per venationem, potest esse obligatio, ad peccatum, & ad restitutionem dannorum venando illatorum.  
 364 Excusatio à restitutione accepti per venationem, ob antiquam consuetudinem, vel egressum ferae ex loco in quo prohibitum est venari.  
 365 Quando fera vulnerata ab alio, debeat eis restituiri.  
 366 Fera inmixta laqueo, quando restituenda sit ei qui laqueum tendit.  
 367 Lignationem in sylva communis, potest communitas prohibere.  
 368 Qui sunt de aliqua communitate, cedentes ligna contra ipsius statutum, tenentur quidem ad solutionem penae imposta, non tamen ad restitutionem: nisi grave damnum intulerint.  
 369 Non est obligatio ad restitutionem, sed tantum ad penam impositam, cum duarum communitatibus cives lignantur vitro circuque, alijs in aliorum sylvis.  
 370 Obligatur ad penam impositam, & ad restitutionem, qui lignatur in sylva aliquius priuatus: vel communatis, quoniam factum est in alia: nisi interueniat consensus habentis talis sylve dominium.  
 371 Aut nisi consuetudo excusat.

358. **L**atissime patet haec obligatio: sed quae ad eam spectat, paucis exceptis, iam nota sunt ex dictis in praecedenti 2. & 3. tractatu. Nam cum una sit quae oritur ex contractu seu ex iusta acceptione, aut ex re iusta accepta altera verò, quae oritur ex quasi contractu, sive ex officio quod gerit quis, persertim accepto publico stipendio aut alia mercede conditius; tertia autem quae oritur ex delicto, sive ex iniusta acceptione, aut ex re iniusta accepta; & demum quarta ex quasi delicto, seu ex illatione damni per seruos aut animalia propria: ea quae ad primam speciem spectant, tradita sunt in praecedenti cap. 3. & 6. ac 13. Quae verò ad secundam in cap. 9. num. 88. aliquotque sequentibus, & cap. 11. num. 138. & aliquot item sequentibus. Quae autem ad quartam, cap. 8. num. 77. & tribus sequentibus: vbi tractatur specieas difficilias de columbariis. Cetera quae in 2. tract. & in tractatu 3. cap. 13.

tradundatur de obligatione ex re iniusta accepta aut ex iniusta acceptione, aut ex participatione in iniusta acceptione spectante ad tertiam speciem. Quibus restant addenda nonnulla particularia de obligatione ad restitutionem illicite acquisitorum, aut dannorum illatorum sive venando aut pescando sive lignando aut greges pascendo illicite, sive exigendo sive ludendo illicite; sive dando ad flumam; sive demvendendo rem spiritalem, aut spiritali annexam, ut sit per simoniam; de quibus superest dicendum, ut fieri hoc & sequentibus capitibus.

## PRIOR PARS CAPITIS.

*De obligatione ad restitutionem damni dati illicite vendando, aut pescando.*

Premittendum est primum, ex §. fer. & seq. Instr. Dererum divisione, animalium quædam esse fera, vt leopores, cœruos, aprocus, grises, perdices, & alia sylvestria, ac omnes pisces: quædam vero esse mansueti, vt oves, boues, tues, gallinas, anseres, & anates domesticas: atque ex illis quædam posse vsu manuferti, vt cuniculos, cœrus, patones, columbas, apes, & cetera, quæ domi nutrita retinente indolem sylvestrem: ex his vero quædam posse in feras degenerare siabique guerrator villo eductur in sylvis, vt sues, capias aliaque nonnulla.

Præmittendum est secundum, pro quo multis tam Theologos quam Canonistas citat Coutar ad Reg. Peccatum p. 2. §. 3. n. 1. Quamvis iure naturali & gentium licet sit venatio (idem iudicium est de pescatione) licet tamen non inveniatur prohibetur. Primum enim licet prohibetur personis quibus ea non decet. Sic in cap. 1. & 2. de Clerico venatore, illa que fit cum canibus & accipitribus prohibetur Clericis non veðò quieta, quasicut pescatio permititur ipsis, necessitatibus aut honeste recreationis causa; vt notar Medina in Cod. De rebus restitut. quest. 12. sub initium: quod approbat Molina De iust. & in tr. 2. dis. 44. Quod de Monachis ius statut, licet videtur in Clement. 1. §. Porto De statu monachorum.

Secundum, licet est certis anni temporibus venatio prohibetur: nimis illis quibus ferae sunt grauidæ, suoque foetus procreant; quia inde magna fit earum dimiditio in reipub. detrimentum. Quia item de causa, licet prohibentur certi venationis aut pescationis modi.

Tertius, licet est à Principe venatio aut pescatio in locis communibus prohibetur, etiam pœna moderata venantibus constituta, quando libero populi consensu, ius venandi pescandi est ei delatum: aut ipse pro sua autoritate illud sibi sumit; iudicans id nece sclarium omnino esse, ad conservandum statum suum, regnique onera sustendanda. Ita ut in eo publica autoritate vtiens, tueatur ius sibi legidum est quæsumum; sive per liberam concessionem populi, sive quia illud ei in tali cau/concedere debuit populus ipse cui dictis de causis poruit etiam imponere tributum per quod magis gravaretur, quam per eam, de qua agimus, usurpationem & prohibitionem.

Quartus, licet quisque in proprio fundo potest alios prohibere, ne ibi venetur, vt patet ex ante citato §. Fer., & ex leg. 3. ff. De acquiendo rerum dominio. Quod non procedit, si ius ibi venandi sit alterius; quia tunc ne quidem ipse proprietatem habens fundi, venari potest: vt patet de iis, qui possessiones habent in saltibus Principum. Par ratione protestynaquaque communitas prohibere, ne ex eis venientur in terris ipsi propriis. Potest etiam maiore ratione Princeps non recognoscens superiorum in locis quorum habet proprietatem, & dominium: immo etiam recognoscens superiorum, nisi impeditetur ab eodem, præcipiente ob publicum bonum, ne quis venationem in suis agri prohibeat.

His præmissis (de quibus plenius Molina in eod. tract. 2. disput. 43. & aliquot sequentib.) prima propositio sit. Capta per venationem quae ex eo tantum illicita est quod sicut dicens personis, aut quod certis anni temporib. aut certis modis fieri prohibita sit, non esse restituenda: sed sufficere ut pena, si quae sit constituta, solvatur post iudicis sententiam condemnatoriam. Ita Medina & Coutar, loci citatis aliquique communiter tenent, teste Molina in seq. disput. 49. quia rati-

veratio

venatione non capitur alienum, sed quod carent domino iure naturali aut gentium, est primo occupantis ex omnium consensu receptissimumque regula, ut notat idem Molina in praeced. disput. 41. Neque leges in talibus casibus inducunt inhabilitatem ad acquisitionem ferarum captarum (quod ad tyrannidem potius quam ad iustam dominationem pertinet) videatur inquit Medina sed prohibent usum venationis. Attamen si tantus abulus sit, ut eam in notabilitate noceatur reipublica, redendum in fructuosum ius ipsius; ut cum in fluuium iniicitur elca, ex qua piscis copia magna moratur, tale documentum resarcendum erit restitutio.

<sup>361.</sup> Secunda propositio. Quando venatio ex eo illicita, est, quod capiantur animalia, quorum dominum ad aliquem alium spectat, restituendum est id quod captum fuerit. Hæc certa est: quia perinde est de eo ac de ceteris rebus furto ablati. Aduerte autem pro plena illius intelligentia, animalia manututa ordinari habere dominos, ad quos pertineant: ac licet aberrant aliquid, eorum tamen dominum apud illos manere, iuxta legem Pomponius, De acquirendo rerum domino; ita ut etiam aportari a lupo, & semies, sint ipsi dominis restituenda recuperante; compensato tamen labore cum expensis, quas fecerit recuperando. Animalia vero fera iure naturali & gentium, in nullius bonis esse. Quod intelligendum est secundum dicenda pro declaratio- ne sequentis propositionis.

Manufactorum autem dominum tamdiu retinetur, quamdiu domini custodiæ conserventur; vbi enim se in suam naturalem libertatem receptorum, dominum eorum amittitur. Quam libertatem tunc consenserunt consecuta, ut cuncte evadunt ex custodia, ut oculos domini seu custodientis effugiant: aut quantumvis sint in eorum conspectu, difficilis est illorum persecutio, & comprehensio; ex eodem § ferae, & ex lege 2. & 4. ff. de acquir. rerum dominio. Sic aues quæ in canis evertantur nondum mansuetæ, ex illis egressa consequuntur libertatem, nisi ex accidenti facilis sit eorum apprehensio: ut quia aliae habent abscessas, aut quia certa vocē aduocatae consueverunt redire, ut accipites mansuetæ. Et redire ad manus accipit. Consequuntur item etiam longo tempore in caue, adeoque mansuetæ fuerint; si evadentes dispareant, nec nisi accipio capi possint. Sic etiam apum examina ex suis aliueibus egressa, statim atque dispersant, difficilis est eorum comprehensio, dominum eorum amittitur, sicutque primò occupanti vbi cumque confederint. De quo Molina in ead. disput. 41. sub finem: & babetur ex §. Apum, Inst. de rerum diuisione. Adhaec si talia sint animalia quæ mansuetæ abire ac redire soleat, ut cerui nonnullaque alia: tamdiu eorum dominum retinetur quamdiu retinent conluerunt in eum redeundi: perditur vero cum perdidissent coluetudinem redeundi ex lege naturalem §. Ceteros ff. de acquirendo rerum dominio, & ex §. Pautonum, verlu In ijs De rerum diuisione. Institut. Sic habens columbarium tamdiu retinet dominum suum columbarum, quamdiu abire & redire solent, tanquam ibi commorantes.

Quāmuis autem Sylvi in verbo Inuentum quæst. 2. dicto 3. velit quod si prædicta animalia non impedita, desinat bis redire tempore consueto, cuncta sint amissæ consuetudinem reuertendi fierique capientis: tamen videtur potius id relinquentum prudentis arbitrio: quia si non fugiant longius in sylos, sed tanquam animalia mansueta euagentur per alienas domos; etiam per aliquot dies non reuertantur domum: non ideo iudicanda sunt exiisse ex domini potestate.

Tertia propositio. Quando venatio aut pescatio illicita est solum ratione loci, seu quod ius venandiam pescandim in tali loco fuerit alicui attributum & ceteris interdictum: aliquando esse, aliquando non esse obligationem ad restitucionem captarum ferarum. Ratio in promptu est: quia hæc aliquando habent dominum, aliquando non habent sed sunt primo occupantis. Quæ enim captae aut quasi captae continentur inclusæ in locis circumspitis, aut in viuaris, piscinis, stagnis & alii similibus locis, quæque ibidem ex illis procreantur, dominum habent eum, à quo tanquam in custodia inclusæ retinentur, ex lege 3. §. Item feras ff. De acquirenda possessione.

Quæ autem in saltibus maxima vastitatibus (quanta nimi-

rum sufficit ut fera tanquam retinens naturalem libertatem suam, possit cursu evadere cum agitatur à venatoriis) continentur circumscriptæ quidem, ut multiplicantur amplius, nec obnoxiae sint iniurijs venatoriis: nunquam tamen fuerunt captae aut quasi captae, sed semper manserunt in sua libertate, eç non consenserunt esse domini saltus, etiam propter dominium loci solus habeat his ibi venandi. Quod idem iudicandum est de piscibus qui in lacubus, & paludibus vasti spatij continentur ut multiplicantur, nullà adhibitâ humana industrâ. Quan doctrinam ex citato §. Item fera tradit Co-  
uart. ad rag. Peccatum 2. part. §. 8. in fine, & approbat Molina in fine eiusdem disput. 41. Cui non obstat, quod non sic liberum in eiusmodi saltibus lignare, quia cum ligna adhærent terra tanquam fructus eius, sunt sub dominio illius cuius est terra unde non sunt primo occupantis, sicut fera, quæ non exterrita in qua commorantur, sed alia ex aliis gigantur: & cum si in sua naturali libertate ac feritate antequam capiantur, ad nullius pertinent dominium.

Adiuerte autem prædicta ratione excusatum à restitutio-  
ne, non excusari similiiter à pena imposta, cum fuerit à Iude-  
ce condemnatus. <sup>363.</sup> Non nec à restitutioне damni quod do-  
mino saltus secutum faerit ex talis venatione, nisi id ipsum re-  
fasciretur per solutionem, ad quam alter ille esset à Iudice  
condemnatus, aut etiam si eadem illud non æquaret, tamen  
dominus probabiliter indicaretur nihil amplius ex quadam  
magnificentia & generositate requirere: aut certè non leuis  
suspicio esset tyrranidis in tali prohibitione venationis: vt  
quando fama est quod tale ius non fuerit perpetuò possel-  
lum iusto titulo, aut quando animalia ob multitudinem, vi-  
cinis prædijs damna graui inferrent, nec dominus curaret  
ea includi aut ad minuendum eorum numerum occidi: aut  
omitteret competentem satisfactionem eorumdem dan-  
norum. Ad quam, etiam si Princeps sit, tenetur in consciencie,  
ut à Caet. responsu commendat Cour. in eod. §. 8. num.  
11. & sequitur Nauar in Enchir. cap. 17. num. 120. cum refe-  
rens quinque necessaria, ut quis venationem iuste prohibeat  
quatum ponit ut restituat omne damnum quod fecerint fe-  
rae alienis prædijs, si in illud de mini horum non consen-  
tent libere: sicut existi mandum est communiter non consentire, præterim quando ille loca eiusmodi usurpat sibi, non ad  
publicam necessitatem subleuandam, sed ad solam recrea-  
tionem, etiam si competenter compensationem addat (ut v.  
g. remittendo aliquod tributum) nisi verosimile sit populum  
ob magnitudinem compensationis consenserit, non tantum in  
appropriationem iuris venandi, sed etiam in damna quæ  
possident ferae prædijs adferre. Alioqui enim expectasse adhuc  
compensationem quam aquitas postular; tum talium dan-  
norum, tum etiam aliorum quæ segetibus, aut aliis rebus ve-  
natores intulerint per se autant suos famulos, aut per canes,  
vel equos, alia ratione. Videndum est Ludou. Molina in  
cod. tract. 2. disput. 47. § 1 & 52.

Quarta propositio. Cum quis ab antiquo, cuius initio non  
extat memoria, est in possessione venandi aut pescandi alicui-  
bi, non esse ei mouendum scrupulum alicuius obligationis  
restituendi. Hæc est Caet. in verbo Venatio, & Medina in  
Cod. Dereb. restit. quæst. 11. Et ratio est: quia potest rationa-  
biliter præsumi, prædecessores ipsius illud ius habuisse iusto  
titulo: cum potuerit alicui eorum bene merito de communi-  
tate, à Principe dari pro se & suis, ad emolummentum alli-  
quod inde capiendum, vel ad honestam recreationem.

Quinta propositio. Quando fera nullo modo vel fraude  
venatoris, ex loco in quo prohibitum est venari egressi in-  
ueniuntur in alio, in quo licitum est venari: illas sibi capiens,  
nec ad restitucionem, nec ad penam capientibus impositam  
tenetur. Ratio est: quia talis venatio, nec ex parte rei, nec ex  
parte loci, est illicta: ita ut perinde sit de ea iudicandum, ac de  
venatione ferarum quæ in ipso loco non prohibito natu-  
ræ sunt & educantur. Quod si aliquæ cibo, aut alia arte extrahe-  
rentur ut capiantur, obligatio ad restitucionem eadem erit;  
quaæ est venantis in loco prohibito; de qua in præcedenti  
propositione tertia.

Sexta propositio est. Fera vulnerata & postea ab alio capta,  
non est vulnerans sed capiens. Hanc habet Cour. in eod.  
§. 8. num. 13. Ea autem probatur ex §. Illud quæstum, Irafi-  
tut. De rerum diuisione. Intelligenda est, nisi fera sit

vulnerata, ut percussa ea nō inservient, sit certò moraliter apprehensurus eam: quia tunc ea censeretur esse quadammodo in ipsius potestate, & quasi capta; ideoque alius non potest ipsum iustè in capiendo præterere. Dixi certò moraliter, quia si moraliter dubitaretur an esset apprehensurus, ea censeri potest adhuc manere in sua libertate, & esse primò occupantis tanquam in nullius existens domino.

Effat in omnibus: eudem Couar. quidem & Nauarr. in Enchir. cap. 17. num. 176. in fine, existimare aues, aut alias ferrari in alieno laqueo invenientia, esse eximentis & capientis eas. Verumtamen ipsas audiunt, andas esse illi qui laqueo ipsum paravit, prout post Ludon. Nicum Molinam in citato tract. 2. disput. 42. Leonardus Lessius notat De iustitia & iure lib. 2. cap. 5. dubit. 11. Ratio est, quod possimus sicut manibus, ita & instrumentis rei apprehendere, & in potestate nostram redigere. Feraverò eo ipso quod inserta est laqueo, censeretur & capta, & libertate naturali priuata: idque per eum qui paravit laqueum. Quare & ipse eam ceperisse, & in potestatem suam redegit esse censendum est, & per consequens dominium eius consecutus. Et certè existimatur quis facere iniuriam illi, qui nassau in flumine posuerit ad capiendum pisces, si captos sibi sumpferit: eademque ratio est nassu & laqueo. Nauari autem sententia videtur tenenda, si fera efferte extiratura: quia necdum capia esse nec libertatem amississe censeretur: & ideo fieret alterius ipsam occupantis. Quantquam videtur consentaneum, compensationem aliquam illi fieri, pro allato adiumento ad capiendum: sicut & cum aliis feram prosequens, ea in summa laqueum incurrit.

## POSTERIOR PARS CAPITIS.

De obligatione ad restitutionem damni dati illicite lignando, aut pascendo animalia.

**S**Vpponendum est ex Soto lib. 4. de iust. & iure quest. 6. art. 4. quod communias ob publicam vilitatem possit lignationem in sylva communia, sub certis preciis prohibere, etiam siis qui sunt de eadem communitate: ad hoc nimurum, vel villa de struatur, vel vi habentur glandes, vel ligna vsibus aliis quam fuci accommodata. Quia de causa interdum prohibetur omnium in ea ligorum cæsio, cum aliunde commode haberit possunt: incerdum certorum tantum, interdui certi temporis, aut certi modi cæsio plantis perniciose, de qua re consuenda sunt municipalia statuta: & de obligatione ad restitutionem consequente illorum transgressiones, iudicandum iuxta sequentes propositiones sumptas ex S. Joh. loco cit. & extraditis a Lud. Molina de iust. & iure tract. 2. disput. 58.

Prima est. Illos qui sunt de eadem communitate, si contra legem ab ea constitutam ligna cedant in communi sylva, aut gregem pascant in communi pastuo, teneri iustum punam impositam solvere si deprehendantur, & condemnentur: non teneri tamen ad villam restitutionem communitati faciendum pro damno dato: nisi ipsum valde notabile fuerit (quod arbitrio prudentis relinquitur ex circumstantiis expendendum inquit Molina concil. 3.) Ut si itragem magnam fecerint v.g. notabilium stirpium excisione aut prostratione arborum adificis idonearum: præsternit in sylva quæ modica est, aut in qua non facile solet concedi facultas ligna aliqua cedendi.

Huius prior pars probatur; quia legi sententia; iusta parendum est. Posterior verò: quia extra casum illum præstragis, non est probabile communitatem cum iis qui sunt partes ipsius, & sylva possessionem habent cum ceteris communem, vt velle co rigore, vt teneat ut restituere illud quod sine aliorum detimento notabili ex ea acceperunt, tanquam habentes ius inde subuentandi sua necessitatibus, seu ex ipsa communi sylva sumendi ligna quæ eis necessaria fuerint ad communies, & quorundam necessitates vel operas, sine queant commodè habere aliunde.

Nota obiter, quod dominus populi (cum non sit dominus sylva cedant eidem communi) licet possit in suo ordine & gradu vi lignis eiusdem sylva sicut alijs, nō posse nō excedere proportionalem cum his qualitatibus: sique excedat teneat restituere communitati damna in eo data, perinde ac qui-

uis alius de populo qui simile dampnum dedisset. Videri potest Lud. Molina in sequenti disput. 59. concil. 4 & 5.

Secunda proposicio est. Non est obligationem ad restitutionem, si incolae duorum corporidorum, aut ditorum pagorum vicinorum habentium communis sylvas, hinc inde alteri in alterorum sylvis lignatur. Hac probatur: quia licet incolae viuis loci non habeant ius lignandi in communi sylva alterius loci: quia tamen securum pallium contrarium ab utraque parte fieri, censerunt communites vicinum condonare quod acceptum fuerit: interea tam enad impedendum excessum imposita est mulcta, quam post Iudicis condonationem solvant, in facto deprehensi.

Tertia proposicio est. Eum qui lignatur in sylva aliquo particularis, vel communis alienæ, cuius ciues non possunt idem facere in sylva communis, cuius ipse pars est; eum inquam, obligari ut ad solutionem pecunie impositæ (qua non corporalis, nec gratiæ pecuniarum debet esse vi Sotus moner) sic & ad restitutionem valoris lignorum ablatorum quantum existimantur in ipsa sylva, antequam cedantur. Hac probatur quia lex naturalis & diuina furantem, rapientem, & damnificantem obliga: ad culpam mortalem, & ad rei ablaciæ & damnificatiæ restitutionem.

Aduerte nihilominus, & à peccato, & à restitutione excusationem esse, quando quid accipitur de eorum qui sylva dominium habent consensu sine expresso, sive erat tacito; qualis præsumi potest cum scientes factum, non queruntur, nec posunt restitutionem quam possent virgere Iem si non à peccato, saltem veniali, tamen à restitutione excusationem esse; cum prædictorum mens fuerit, ut delinquentes teneantur solum ad mulctam autoritate Iudicis irrogandam, si deprehensi fuerint; quia tunc quoque censuram ablatum condonate. Ea autem mens bona ex parte deprehendi potest ex ipsorum agendi modo (qualis est quod est neque eos qui ibi lignantur, taceant tamen, vel certè nullam ab eis exigant restitutionem, cu posint vel ex forma statutorum editorum contra lignantes in eo loco. Quod si nihil de tali mente constare possit, aut obinatio est remissio, aut generalis regulatio: teneenda nempe iuxta quantitatem damni dari faciendum sic restitutionem: idque sive alia persona exigitur sive non. Pro quo faciunt quæ haber Medina in Codice de rebus restitut. quæst. 12. §. Est autem.

Addi potest quod Nauatus in comment. de lege penalib. 371 ad 41. contendit cædem excusationem esse posse, quantum cumque defuerit memoratus consensus, si confuetudo legitima induxit ius cedendi ligna in aliqua sylva, & asportandi impunè, quando cedens, & alportans non deprehenditur: & solutâ certâ persona quando deprehenditur. Non enim est contra legem naturali & diuinam ut re aliena inuito domino, quatenus subiectum aliqui seruitut in ea constituta legitimè: ut patet ex usu, & usufructu rerum alienarum, & ex seruitutibus prædiorum urbani vel rusticorum legitimè constitutis: quibus utriam in iunctis dominis cedessum esse, patet ex Digestis totu. titulu De usu fructu, & u. u. De usu & habitatione & titulo de seruitutibus, ac duobus sequentibus: itemque ex communi agendi modo virorum et am timoratorum.

Sicut igitur in his, ita & in lignatione ac in depastu animalium, ratio furti iniustæ usurpationis rei alienæ cessat per confuetudinem publico consensu inductam, constituedo ius nouum vel conferendo antiquum, per quod eadem usurpatio sit licita. Neque obstat quod dominus deterrit inde sentia, cum in eo non fiat illi iniuria: quandoquidem is qui iure suo vitetur nemini facit iniuriam, ex cap. Cum Ecclesia Vulterana. L' electione. Videndum est tamen ne corruptela habeatur pro confuetudine, que ut inducatur, debet iuxta cap. Finale De confuetudine esse rationabilis, ac legitimè præscripta, prout in sequenti parte explicabitur lib. 13. cum de confuetudine agendum erit ex instituto. Ad dignoscendum autem, non parum inuabit inspexisse titulos, & origines unde domini possident sylvas: tales sine ex quibus valcent aliqua ratione prohibere oppidanos a cæsione lignorum in sylvis circumiacentibus.

Cæterum, quæ dicta sunt de lignatione ob parsitatem rationis intelligenda sunt, dicta quoque de animalium depastu: de quo quivoler legat Couar. in lib. 4. Practicatum que-

quaestionum cap. 37. & in libro i. variar. resolut. cap. 17. | num. ii. & Molinam De iust. & iure tract. 2. disput. 59. Restaret addendum aliquid de obligatione ad restitutionem illorum, qui mercede conducti ad impedienda damna quae inferuntur per venationem aut pescationem, ligationem aut depastum animalium non impedirent, nisi quid sit de ea teneendum satis colligi posset ex traditis in praeced. num. 96. & 98.

Causa Domini quae fertur in imponentes nota pedag<sup>a</sup> & gabellas, vel eas augentes.

Altera ex parte causa ob quam imponitur nimisrum ut ea sit legitima: prout censetur esse. Tum necessitas publica, sed aliquid quod ad bonum publicum valde expediat: ut stipendium militare, restauratio murorum, aliud eiusmodi: Tum etiam iusta vindicta, & compensatio sumptuum factorum, damnorumque accepit prorum: ut cum tributa imponuntur subditis, qui contra statum Principem inique rebellauerat, ac ei multorum sumptuum & damnorum causa fuerunt, Quae impositio censetur iustum habere causam, tam culpam talis peccati dignam, quam damna & sumptus quibus ea dedit occasionem. Tum denique conservatio status Principis; qui sicut debet populu regere, iustitiam ei administrare, hostes arcere, ac temporalem tranquillitatem omni studio, & conatu ei procurare; ita vicissim populus ipse, debet illi praebere sumptus ad haec necessarios: si que reculeret, cogi potest.

Et aliuero oportet quatuor concurrere cum hac ipsa causa de qua agimus. Primum est, ut constet eam iustum esse. Nam si de eo dubitetur, oportet imponentem probabiles rationes habere ob quas prudenter statuerit valeat, se hic & nunc, ob easdem posse imponere. Si enim tales rationes non habeat, sed tanquam excessus procedat, nesciens vitrum iuste imponat: ipse tanquam faciens iniuriam populo, grauando eum quem deberet subleueat, tenet illud quod ea ratione extorserit, restituere, tanquam malâ fide acquisitum: nisi postea constiterit ipsi causam suam legitimam. Dixi probabiles, non autem certas & evidentes; quia iuxta communem Theologorum sententiam (& docebitur in seq. lib. i. cap. i.) sufficit ad securitatem conscientiae conformare le probabili opinionem: cum Deus vel ratio non cogat, via humanis actibus secundemur certam veritatem; quod frequenter est impossibile; iuxta illud quod Sapien. cap. 9: prudentia nostra dicuntur incertae. Eo enim significatur, quod experientia docet; nos in iudicis nostris prudentibus, dictaminibus praticis, raro afflent qui veritatem evidenter ac omnino certam.

Id quod plenus tractans Petrus à Nauar. lib. 3. Diversit. cap. 1. par. 3. dubit. 12. inde insert num. 267. quoad subditos, si pro se habeant probabiles rationes, per quas sint moraliter certi iniustas esse gabellas; ij possunt solutionem illarum emovere: quia cum in dubio melior sit conditio possidentis, non tenentur se spoliare rebus suis.

Nec obstat, quod tales sint impositae & exigantur sine peccato, ob rationes probabiles ob quas cententur iustae: quia similiter ob probabiles rationes possunt sine peccato non solvi: ita ut ex vtrahque parte sit quasi bellum iustum, ignoranti probabili excusante a peccato, dum tam Princeps, quam populus in eo perseguitur ius suum bona fide: ipso ductus ratione ad malorem certitudinem sufficiente.

Secundum, quod cum propria causa concurrere oportet, est ut eadem sit proportionata gabellae: id est, ut gabella non sit maior quam causa postulet: quia enim parte excedet, erit iniqua.

Tertium est, ne quod ob eandem imponitur, impendatur in alienos vsus: ut in coniunctis, & prodigis largitiones, aliasve expensas inutiles, sive publicas sive priuatas: ad quos populus non tenet contribuire. Illud ex Caiet. loco cit. habet Petrus à Nauar. in lib. 3. Diversit. cap. 1 num 255. & tractat plenus. Sed nobis sufficit illud inquit fieri. Adverte autem ex Medina in Cod. De reb. restitut. quest. 13. quod si Princeps exarium exhaeret suâ culpâ: nempe ludis, coniunctis, largitionibus profusis, bellis inconsultis gestis, possit cum nequit alla ratione malum publicum amertere, nouas gabellas imponere: quandoquidem subditi tenentur in publica necessitate opera ei ferre; et si Princeps ipse tunc teneatur tempore sibi a sumptibus parum necessariis, ac postea, quando res meliori loco fuerint, damnum illud sua culpa conflatum, refacere populo.

Quartum est: ut impositio non continetur diutius, quod duret talis causa; nisi forte alia non superueniar, ob quam eadem impositio possit de notio fieri: Per succedentem enim similem causam ita continuatur causa precedens; ut nihil obstat effectum ipsius continuari: Adeo etiam ex Alphonso à Castro in lib. i. De lege pœnali cap. ii. nisi ea causa

373.

374.

## C A P V T X X V .

De obligatione ad restitutionem orta ex iniustitia commissa in gabellis, aut in ludo.

## S U M M A R I V M .

372. *Conditiones requisiæ ut impositio gabellarum sit iusta.*  
 373. *De causa legitima ad talen impositionem requisita.*  
 374. *Quatuor, que causa impositionis gabellarum debet habere, ut censeatur legitima.*  
 375. *Quando exactio gabellarum, in dubio de causa carum legitima, teneatur ad restitutionem.*  
 376. *De iusto modo, ad eamdem impositionem requisito.*  
 377. *De gabellis impositis super rebus, que ad familie necessarium venum emuntur.*  
 378. *Obligatio solvendi gabellas, quando sit sub peccato, & eo morali.*  
 379. *De gabellis quarum ignoratur causa, & qua cessent, queque non cessent, cessante rerum causa.*  
 380. *Gabelli, quarum fraudatio non inducit obligationem ad restitutionem.*  
 381. *Non tenetur subditus querere exactorem gabellarum ad eas solvendas, nisi consuetudo sit in contrarium.*  
 382. *Pauperes excusari possunt non soluentes gabellas, cum vendant res aliquas suas, ad solatium grauius necessitatis quam presumuntur.*  
 383. *Non obligatur ad restitutionem, qui emit merces ab iniustiè frumentante Principem gabellis.*  
 384. *Quid sit latus & unde sit illicitus.*  
 385. *Tres conditiones ex quibus latus non modo illicitus est, sed etiam iniustus, sive ut acquisitionem per illum, sit restitutioni obnoxium.*  
 386. *Explicatio questionis qua queritur, An lucratia per ludum vetrum possit tutam conscientiam retinere.*  
 387. *Quando is qui de gloria certus latus, aut ludi pretium auxit, possit aut non possit retinere lucrum inde factum.*  
 388. *Quando is qui ludo prohibito latus credito, seu promissa pecunia, teneatur in conscientia, aut non teneatur promissam solvere.*  
 389. *Explicatio questionis qua queritur, An non habens quod perdat in ludo, possit in eo lucrari.*

## P R I O R P A R S C A P I T I S .

De obligatione ad restitutionem, orta ex iniustitia commissa in gabellis, sive imponendis suis solvendas.

D Vodocenda sunt ad intelligentiam propositæ obligationis: alterum quando ea contingat; & alterum, quomodo gabellas soluere teneantur illi, quibus ea legitimè imponuntur.

Gabellæ autem nomine significantur generaliter onera imposta priuatis, autoritate publica, quorum varii species referuntur à Sylvestro in verbo Gabella.

*Quando contingat proposita obligatio.*

## S E C T I O P R I O R .

372. Q Vod attinet ad prius: certum est talen obligationem non contingere, quando impositio non fuerit iusta: cum obligatio ad restitutionem nascatur tantum ex violatione iniustie. Iam vt iusta sit talis impositio, quinque conditiones requiruntur, iudicio Caietani in verbo Vetus Galatæ iniqua sed iudicio Medinae in Cod. De restitut. quest. 13. sufficiunt tres: Vna, ex parte imponentis, ut sit habeat legitimam auctoritatem imponendi. Videnda sunt in praecedenti lib. cap. 16. dicta pro explicatione quinque excommuniicationis Bullæ adiungi-